



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Annus Cisterciensis**

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta  
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs  
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

**Meglinder, Joseph**


**[S.I.], Anno MDCLXXXIII.**

22. Septembris. 10. Cal. Octobr.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45314**

corrupto iudicio terrenis præferre eterna.  
S. BERNARDUS, ser. 3; de Epiph.

*Aurum inter seculi divitias videtur  
excellere: quod per Dei gratiam om-* Aurum  
offert  
D E O,  
qui re-  
linquit  
omnia.  
*nnes nos devotè obtulimus Salvatori , cùm pro ejus nomine ex integro dereli-  
quimus substantiam hujus mundi. Nam omnia.  
verò necesse est, ut qui perfectè terre-  
na contempsimus, flagranti desiderio  
cœlestia requiramus.*



22. Septembri. 10. Cal. Octobr.

B. OTTO, insigne decus Serenissi- Obijt  
mæ Domus Austriacæ: qui, si ge- anno  
nus spectetur, - quatuor Imperatores 1169.  
Romanos proximo sanguinis gradu  
tibi numerabas conjunctos: quippe Gene-  
Henrici IV. nepos; Henrici V. sorori- ris no-  
us; Conradi frater; Friderici Patruus: bilitas.  
si in genealogia Virtus æstimetur, S.  
Leopoldi Austriae Marchionis Filius;  
Illustria omnia: Parisios studiorum  
gratia destinatus, cùm salutatâ Miner-  
vâ redditum festinares in Patriam, uni-  
us noctis hospitio in Cænobio Mor-  
mundensi tam ardentes Monasticæ vi-  
tæ scintillas hausisti, quæ & quinde-  
cim socios, ex prima Germaniæ nobi-  
litate

litate comites tuos, eodem desiderio inflamimabant, ac deinceps immortali memoria orbem illustravere. Votis

solenniter emissis denuo Parisios missus stadium literariorum tam felici cursu

*Abbas* penetrasti, ut omnium exspectationem transcenderes. Unde ad Clavum  
*Mori-* Morimundi promotus, intrâ octenni-  
*mundi* eligitur um mira fœcunditate florescens ultra

*mirè* duodecim monasteria genuisti. Præsto-  
*fœcun-* labatur Patria tam fertilem manum;  
*dus.* quæ te in throno Frisingensi colloca-  
 vit. Quæ quidem Ecclesia per tempo-  
 rum injuriam penè collapsa, tibi mox

*Episco-* debuit restaurata ubique & ad dignum  
*patum* decorem exornata templo: Rituum  
*Frisin-* Ecclesiasticorum revocatum ab exilio  
*gensem* usum: spectabilem ab eruditione &  
*refor-* pietate Sacerdotum frequentiam; ver-  
*mat.* bo, novam, quam multo labore indu-  
 xisti, faciem. Plurima erexisti præte-  
 reà Religionis castra, dum aut extin-  
 gta Cœnobia ad pristinum revocasti

vigorem, aut nova jussisti surgere. Tot  
*Multa* inter negotia nunquam quiescebat sty-  
*doctè* lus, quo celeberrimam illam ab Ori-  
*scribit.* gine mundi historiam ad tuam usque

ætatem diserto veracique eloquio ex-  
 posuisti. Pendebat ab ore tuo Nepos  
 Fridericus Imp. in rebellionis contra  
 Ecclesiam probrum nunquam utique  
 lapsurus,

lapsurus, nisi te illi fata invidissent. Sed tibi illa consultum volebant, ne flammam geminam tristibus oculis aspicere cogereris: quarum altera, te vix ad cœlos rapto, universam exorto Schismate Ecclesiam fœdayit: altera ingenti sumptu exornatam Frisingam subito incendio consumpsit. Non ignarus deniq; tuæ ex hoc seculo migrationis, per occasionem Comitiorum Generalium ad Morimundum propræstasti, ubi tam pretiosam in conspectu cœli & orbis mortem oppetiisti, quam merito præsentes filii ac Præsules luardarunt, sepulchrique supra humum elevati honore condecoraverunt. Virtutum omnium mater est labor, ut otium virtutum. Tu juva labores meos qualesunque, & cum suis nec à longè quidem comparandos, & gratiam impetra, ut eos ad Dei gloriam & animarum salutem, nec alio fine, impendam.

B. GERARDE: qui à sancto Parente BERNARDO ad regendum Villariense monasterium constitutus, celebritatem nominis tantam comparasti, ut licet solitudinis amore munus Abbatiale dimiseris, invitum tamen ad Tornacensem Episcopatum aliorum imperia rapuerint. Ita sæpe Providentia Divina latentem sub humilitatis umbra vir-


*Floruit**anno**1166.*

262 ANNI CISTERCIENS.

umbra virtutem in publicam lucem producit: Nam & pii in te spectabant clarissimum pietatis exemplum: egeni afflictique asylum; Cœnobitæ largissimum suæ paupertatis patronum. Ubique datur valenti virtutis occasio: sed maximè in Cœnobitica solitudine, ubi à mundi strepitu sequestrati, in solam animæ culturam invigilamus. Tu fac, ut agam, quod mihi suadet.

S. BERNARDUS, s. 2. Dom. i. p. Ep.

Populū Tu ergo audi filia, & vide, & considera, quanta sit erga te dignatio Dei oblitus tui; & obliviscere populum tuum, & qui car. domum patris tui: desere carnales nales affectus, & seculares mores dedise; deserit. à prioribus vitijs abstine, consuetudines noxias obliviscere.



23. Septembris. 9. Cal. Octobr.

Passi BEati Martyres SILESI, Monachi anno Cœnobiorum Cellæ Novæ; & Grun- 1427. heim: quos detestabilis illius Viperæ Hussii Neroniana genimina sævissi- mis tormentis, quasi quibusdam ma- chinis ad cœlestem triumphum pro- vexere. In hoc vitæ mortalis curriculo; dem est vivere, & luctari, sed nulla peri- culosior est